



Reader

Sommerkurs
Fachspezifisches Latein

6.–17. September 2021

Institut für Klassische Philologie
in Kooperation mit dem
Walter Benjamin Kolleg

Philosophisch-historische Fakultät
Universität Bern

Raum F-121
Unitobler
Lerchenweg 36

Inhalt

1	<i>Cicero: De inventione 1.1 (Probeübersetzung)</i>	3
2	<i>Texte zur Einführung ins Mittellatein</i>	4
3	P <i>Hieronymus: Vulgata</i>	5
4	L <i>Bibelübersetzer</i>	7
5	P <i>Augustinus: Confessiones 1.13.21–22</i>	11
6	L <i>Vergil: Aeneis 2, 768–795</i>	12
7	P <i>Ambrosius: Anfänge der Hymnendichtung</i>	13
8	L <i>Hymnen</i>	14
9	P <i>Hohelied, Kommentare</i>	16
10	L <i>Boëthius: De institutione musica 1.10</i>	18
11	P <i>Abaelard: Historia Calamitatum</i>	20
12	L <i>Wilhelm von Tyrus: Chronicon</i>	21
13	P <i>Urkunden</i>	22
14	L <i>Chronik und Annalen: Quedlinburger Annalen</i>	24
15	P <i>Cicero: De natura Deorum 2.76–79</i>	27
16	L <i>Cicero, Brief an Terentia, Tullia und Cicero</i>	28
17	P <i>Petrarca, Epistolae familiares XXIV.3</i>	29
18	L <i>Cincius Romanus: Brief an Francesco da Fiano</i>	30
19	<i>Toolbox</i>	31

P: *Plenum*. Bereiten Sie diese Texte, bitte, zur gemeinsamen Übersetzung vor.

L: *Lectio*. Diese Texte werden von den Dozierenden vorübersetzt, um so effiziente Übersetzungsstrategien vorzuführen. Sie können der *Lectio* auch folgen, wenn Sie die Texte nicht vorbereitet haben.

1 Cicero: *De inventione* 1.1 (Probeübersetzung)

aus: Marcus Tullius Cicero, *De inventione*. Ed. E. Stroebel, Leipzig 1915 (ND Stuttgart 1977)

1 Saepe et multum hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia dicendi
2 ac summum eloquentiae studium. Nam cum et nostrae rei publicae detrimenta considero et maximarum
3 civitatum veteres animo calamitates colligo, non minimam video per disertissimos homines invectam
4 partem incommodorum; cum autem res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex litterarum
5 monumentis repetere instituo, multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates,
6 sanctissimas amicitias intellego cum animi ratione tum facilius eloquentia comparatas.

7 Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem sapientiam
8 sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque,
9 prodesse numquam. Quare si quis omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii con-
10 sumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus patriae civis alitur; qui vero ita
11 sese armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriae, sed pro his propugnare possit, is mihi vir et
12 suis et publicis rationibus utilissimus atque amicissimus civis fore videtur.

2 Texte zur Einführung ins Mittelalter

1. Aus: *Itinerarium Egeriae (Peregrinatio Aetheriae)*. Hrsg. von Otto Prinz. Heidelberg: 1960. S. 3.

1 III.3. In eo ergo loco est nunc ecclesia non grandis, quoniam et ipse locus, id est summitas montis, non
2 satis grandis est, quae tamen aeclesia habet de se gratiam grandem. Cum ergo iubente Deo persubis-
3 semus in ipsa summitate et peruenissemus ad hostium ipsius ecclesiae, ecce et occurrit presbyter ueniens
4 de monasterio suo, qui ipsi ecclesie deputabatur, senex integer et monachus a prima uita et, ut hic dicunt,
5 ascitis et (quid plura?) qualis dignus est esse in eo loco. Occurrerunt etiam et alii presbyteri nec non
6 etiam et omnes monachi, qui ibi commorabantur iuxta montem illum, id est qui tamen aut
7 etate aut inbecillitate non fuerunt impediti.

2. *Jacobus von Vitry: Exempla sermonum*. Aus: *Lateinische Prosa des Mittelalters*. Hrsg. von Dorothea Walz. Stuttgart: 1995. S. 340–342.

1 (53) Audiui, quod rex Francie valde commotus fuerat et iratus contra precipuum magistrum Petrum
2 Baalardum, qui Parisius legebat. Et prohibuit ei, ne de cetero legeret in terra sua. Ipse vero ascendit
3 super arborem prominentem prope civitatem Parisiensem et omnes scolares Parisienses secuti sunt eum
4 audientes sub arbore magistri sui lectiones. Cum autem rex quadam die de palacio suo videret multitu-
5 dinem scolarium sub arbore residencium, quesivit, quid hoc esset; et dictum est ei, quod clerici erant, qui
6 magistrum Petrum audiebant. Ille vero valde iratus fecit magistrum ad se venire et dixit ei: “Quomodo
7 ita audax fuisti, quod contra prohibitionem meam in terra mea legisti?” Cui ille: “Domine, non legi post
8 prohibitionem vestram in terra vestra; verumtamen legi in aere.”

3. Aus: *Die Vita der Heiligen Elisabeth des Dietrich von Apolda*. Hrsg. von Monika Renner. Marburg: 1993. S. 27f. (mit leichten Änderungen und Auslassungen)

1 Elyzabet autem sicut corpore sic gracia crevit et virtute. *In omnibus viis suis deum cogitans* ipsumque *pre-*
2 *oculis mentis* habens fideliter *invocabat, dulciter nominabat* omnesque in ipsum sensus suos et actus pariter
3 dirigebat. Cultum et ornatum corporis et vanitatem seculi declinabat. Cotidianum deo per oraciones
4 offerebat sacrificium. Videns tunc, quod christiani cultu apostolorum sibi patrocina providerent, pietatis
5 desiderio accensa castitatis amatrix Ioannem evangelistam virginitatis sue custodem optabat habere
6 patronum. Premissa ergo oracione supplici ad electionem cum aliis *humili corde* accessit. Et ecce nutu dei
7 iuxta desiderii sui votum primo, secundo ac tercio apostolus ei se obtulit concupitus. Quem tota devo-
8 cione amanter amplectendo omni pietatis studio coluit adeo, ut quidquid ab ea in huius apostoli nomine
9 sive in iniuriis relaxandis seu in beneficiis conferendis peteretur, numquam negaret sed hylari liberalitate
10 mox prestaret.

3 P Hieronymus: *Vulgata*

Ziele der Lektüre:

1. Typische Merkmale des Lateins der Bibelübersetzungen erkennen können. Weil es sich um eine Übersetzung handelt und weil eine Gruppe von Teilnehmer*innen Griechisch kann, können wir viele Fragen mit einem kurzen Blick auf den griechischen Text beantworten.
2. Unterschiede zwischen den Erzählungen der 3 Autoren in den lat. Übersetzungen herausfinden.
3. Die Übersetzungsleistung des Hieronymus in der Vulgata charakterisieren.

Zur Einführung:

Die sogenannten *synoptischen Evangelien* behandeln häufig die gleichen Geschichten, Erzählungen, Sprüche und Lehren Jesu. Nach allgemeiner Auffassung wurde das Evangelium nach Markus als erstes verfasst. Matthäus und Lukas nehmen 95% des Materials aus dem Markusevangelium auf, gestalten es aber nach ihren eigenen Vorstellungen.

Aufgabe für das Plenum: Bereiten Sie eine Übersetzung des Markus-Textes vor (linke Spalte). Die Fassungen bei Matthäus und Lukas werden wir in der Stunde besprechen.

Text: Nestle/Aland: *Novum Testamentum Graece et Latine*. Dt. Bibelgesellschaft. Stuttgart 2013.

Markus 4,35–41		Matthäus 8,23–27		Lukas 8,22–25	
Mk 4:35 Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὀψίας γενομένης· διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν. 36 καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμβάνου σι αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ, καὶ ἄλλα πλοῖα ἦν μετ' αὐτοῦ. 37 καὶ γίνεται λαῖλαψ μεγάλη ἀνέμου καὶ τὰ κύματα ἐπέβαλλον εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε ἤδη γεμίζεσθαι τὸ πλοῖον. 38 καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ	Mk 4:35 et ait illis illa die cum sero esset factum transeamus contra 36 et dimittentes turbam adsumunt eum ita ut erat in navi et aliae naves erant cum illo 37 et facta est procella magna venti et fluctus mittebat in navem ita ut impleretur navis 38 et erat ipse in puppis supra cervicem dormiens	Mt 8:23 Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. 24 καὶ ἰδοὺ σεισμός μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, αὐτὸς δὲ ἐκάθευδεν.	Mt 8:23 et ascendente eo in navicula secuti sunt eum discipuli eius 24 et ecce motus magnus factus est in mari ita ut navicula operiretur fluctibus ipse vero dormiebat	Lk 8:22 Ἐγένετο δὲ ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, καὶ ἀνήχθησαν. 23 πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσεν. καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην καὶ συνεπληροῦντο καὶ ἐκινδύνευον.	Lk 8:22 factum est autem in una die et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius et ait ad illos transfretum trans stagnum et ascenderunt 23 navigantibus autem illis obdormiit et descendit procella venti in stagnum et conplebantur et periclitabantur

προσκεφάλαιον καθεύδων. καὶ ἐγείρουσιν αὐτὸν καὶ λέγουσιν αὐτῷ· διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα; 39 καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησεν τῷ ἀνέμῳ καὶ εἶπεν τῇ θαλάσῃ· σιῶπα, πεφίμωσο. καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.	et excitant eum et dicunt ei magister non ad te pertinet quia perimus 39 et exsurgens comminatus est vento et dixit mari tace obmutesce et cessavit ventus et facta est tranquillitas magna	25 καὶ προσ- ελθόντες ἤγειραν αὐτὸν λέγοντες· κύριε, σῶσον, ἀπολλύμεθα. 26 καὶ λέγει αὐτοῖς· τί δειλοὶ ἐστε, ὀλιγόπιστοι; τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησεν τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.	25 et accesserunt et suscitaverunt eum dicentes Domine salva nos perimus 26 et dicit eis quid timidi estis modicae fidei tunc surgens imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna	24 προσελθόν- τες δὲ διήγειραν αὐτὸν λέγοντες· ἐπιστάτα ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ διεγερθεὶς ἐπετίμησεν τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὑδατος· καὶ ἐπαύσαντο καὶ ἐγένετο γαλήνη. 25 εἶπεν δὲ αὐτοῖς· ποῦ ἢ πίστις ὑμῶν; φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· τίς ἄρα οὗτός ἐστιν ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὑδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;	24 accedentes autem suscitaverunt eum dicentes praeceptor perimus at ille surgens increpavit ventum et tempestatem aquae et cessavit et facta est tranquillitas 25 dixit autem illis ubi est fides vestra qui timentes mirati sunt dicentes ad invicem quis putas hic est quia et ventis imperat et mari et oboediunt ei
--	--	--	--	--	--

4 L Bibelübersetzer

Die Übersetzung Heiliger Schriften stellt einen Sonderfall im Rahmen der Übersetzungsdisziplin dar. Der besondere Status solcher Schriften stellt an die Übersetzer spezielle Anforderungen. In Alexandria in Ägypten erstellten jüdische Gelehrte eine griechische Übersetzung der hebräischen Schriften, beginnend mit dem Pentateuch. Nach einer frommen Legende sollen es 72 Übersetzer gewesen sein, und daraus ergab sich später der Name der griechischen Bibel: *Septuaginta*. Diese griechische Version des sog. Alten Testaments war den Autoren der Schriften des Neuen Testaments als *die* Bibel gegenwärtig.

Das Neue Testament, auf Griechisch verfasst, wurde schon bald in die Sprache der westlichen Reichshälfte, ins Latein, übersetzt. Unterschiedliche Versionen waren im Umlauf. Etwas vereinfachend gesagt, nennt man diese frühen lateinischen Bibelübersetzungen *Vetus Latina*. (Eine ältere Bezeichnung sprach von *Itala*).

Hieronymus als Übersetzer

Papst Damasus (Pontifikat 366–384) und Hieronymus (ca. 340–420) sind zwei schillernde Figuren:

Der in turbulenten Zeiten zum Papst gewählte Damasus setzte ohne viel Federlesens Gewalt als Mittel zur Sicherung päpstlicher Anspüche ein. In seine Zeit fällt der Entscheid *gegen* das arianische Bekenntnis (das eine adoptianistische Christologie vertrat) und *für* das nizänische Glaubensbekenntnis (Trinitätslehre; Christologie). Er festigte die Vorrangstellung des Bischofs von Rom und bemühte sich (erfolglos), den Zölibat durchzusetzen.

Die überragende Bedeutung des Hieronymus liegt, wie man weiss, in seiner sorgfältigen, vollständigen Bibelübersetzung, der *Vulgata*, welche ältere Versionen (die sog. *Vetus Latina*) mit der Zeit verdrängte.

Aus dem Brief an Papst Damasus

Text: *Biblia Sacra Iuxta Vulgatam*, hrsg. Weber/Gryson. Deutsche Bibelgesellschaft. Stuttgart 2007.

- 1 (1) Novum opus facere me cogis ex veteri, ut post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa
- 2 quasi quidam arbiter sedeam et, quia inter se variant, quae sint illa, quae cum Graeca consentiant
- 3 veritate, decernam. [...] Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus;
- 4 tot sunt paene quot codices. [...] (2) Igitur haec praesens praefatiuncula pollicetur quattuor
- 5 tantum evangelia, quorum ordo iste est Mattheus Marcus Lucas Iohannes, codicum Graecorum
- 6 emendata conlatione sed veterum. (3) Quae ne multum a lectionis Latinae consuetudine discre-
- 7 parent, ita calamo imperavimus, ut, his tantum, quae sensum videbantur mutare, correctis, reli-
- 8 qua manere pateremur, ut fuerant.



Abbildung 1: Dürer, *Hieronymus im Gehäus* (1514)

Aus dem Brief an Pammachius

(„De optimo genere interpretandi“, Brief 57, verf. 394 oder 396)

Text: Hilberg, *Hieronymi epistulae*, pars I (1910) 503ff (CSEL 54)

- 1 (1) Ego enim non solum fateor, sed libera voce profiteor
 2 me in interpretatione Graecorum absque scripturis sanctis,
 3 ubi et verborum ordo mysterium est, non verbum e verbo
 4 sed sensum exprimere de sensu.
 5 (2) Habeoque huius rei magistrum Tullium, qui [...]
 6 Aeschinis et Demosthenis duas contra se orationes
 7 pulcherrimas transtulit. (3) Quanta in illis praetermiserit,
 8 quanta addiderit, quanta mutaverit, ut proprietates
 9 alterius linguae suis proprietatibus explicaret, non est
 10 huius temporis dicere.

Die römische Literatur ist von Anfang an geprägt von der griechischen Literatur; die frühesten literarischen Schöpfungen auf Latein sind Übersetzungen und Bearbeitungen griechischer Vorlagen. Die vielfältigen Aspekte des Übersetzens (Dokumentation, Übernahme, Aneignung, Anverwandlung, Neugestaltung, Wettbewerb) lassen sich darum in der lateinischen Literatur besonders gut studieren.

Marcus Tullius Cicero (106–43 v. Chr.) thematisiert das Übersetzen

Zum Verständnis: In einer seiner zahlreichen Schriften zur Rhetorik behandelt Cicero die Frage, welches Stilideal ein römischer Redner verfolgen sollte. Als Anschauungsmaterial verwendet er eine selbst angefertigte Übersetzung von zwei Reden berühmter griechischer Redner, Aeschines und Demosthenes.

Die beiden waren in den Jahren 340–330 politische Gegner, als sich die Griechen gegen die Expansion der Makedonen unter Philipp II. und dessen Sohn Alexander zur Wehr setzten.

Text: Cicero, *De optimo genere oratorum*. 14ff, hrsg. G. Tissoni, Milano 1973.

- 1 (1) Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum
 2 nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschinis et
 3 Demosthenis; (2) **nec converti ut interpres sed ut ora-**
 4 **tor**, sentiis isdem et earum formis tamquam figuris,
 5 verbis ad nostram consuetudinem aptis. (3) In quibus non

- 6 verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne
 7 verborum vimque servavi. [...]
- 8 (5) Quorum ego orationes si, ut spero, ita expressero vir-
 9 tutibus utens illorum omnibus, id est sentiis et earum
 10 figuris et rerum ordine, verba persequens eatenus, ut ea
 11 non abhorreant a more nostro – quae si e Graecis omnia
 12 conversa non erunt, tamen ut generis eiusdem sint elabo-
 13 ravimus –, erit regula, ad quam eorum dirigantur oratio-
 14 nes, qui Attice volent dicere.

Bibelübersetzungen im 16. Jahrhundert

Erasmus publizierte 1516 in Basel bei Froben ein epochemachendes Werk: die erste gedruckte Ausgabe des griechischen Neuen Testaments, unter dem Titel *Novum Instrumentum*. Die Bedeutung dieses Unterfangens kann gar nicht überschätzt werden. Die zweite Auflage (1519) wurde von Luther zu seiner Übersetzungsarbeit benutzt und diente, über Zwischenstationen französischer und holländischer Ausgaben, indirekt auch als Basis für die *King James Bible* (1611).

Nachdem im lateinischen Europa über Jahrhunderte die lateinische Bibel unbestritten als Wort Gottes gegolten hatte, öffnete sich nun ein neuer Blick auf die Originalsprache. Gelehrte, die im Geist von Humanismus und Renaissance über stupende Lateinkenntnisse verfügten, wagten es, der etablierten Vulgata eigene Übersetzungen entgegenzustellen. Erasmus hatte in seinen Basler Ausgaben den Anfang gemacht und dem griechischen Text eine eigene lateinische Übersetzung beigegeben. Ausserdem verfasste er einen umfangreichen Anhang, in dem er sprachliche und theologische Probleme des Bibeltextes thematisierte.

Sebastian Castellio (1515–1563), der sich mit seiner Schrift *De arte dubitandi et confidendi, ignorandi et sciendi* (einem zu Lebzeiten nicht mehr veröffentlichten Plädoyer für religiöse Toleranz) und mit einer Schrift *De haereticis an sint persecuendi* (als Gegenposition zur Verbrennung Michel Servets in Genf zur Zeit Calvins) viele Gegner in seinem protestantischen Lager verschafft hatte, veröffentlichte ebenfalls eine eigene lateinische Bibelübersetzung. Der folgende Textvergleich soll zeigen, welches Stilideal Castellio vorschwebte:

Johannes 8, 3–11 nach der *Vulgata*

Text: Nestle/Aland: *Novum Testamentum Graece et Latine*.
Dt. Bibelgesellschaft. Stuttgart 2013.

(3) adducunt autem scribae et Pharisei mulie-
rem in adulterio deprehensam et statuerunt
eam in medio

Johannes 8,3–11 in der Übersetzung *Castellios*

Text: *Biblia Sacra ex Sebastiani Castellionis interpretatione*.
hrsg. L. Bünemann. Leipzig 1738.

(3) Adducunt autem ad eum scribae et pharisei mu-
lierem in adulterio deprehensam, eaque in medio
constituta,

- 4 et dixerunt ei magister haec mulier modo de- (4) sic eum adloquuntur: Magister, haec mulier de-
prehensa est in adulterio prehensa est in ipso facinore, quum adulteraret.
- 5 in lege autem Moses mandavit nobis huius- (5) In lege autem Moses nobis tales lapidandas esse
modi lapidare tu ergo quid dicis praecepit. Tu igitur quid ais?
- 6 haec autem dicebant temptantes eum ut pos- (6) Hoc autem dicebant, eius tentandi causa, ut eum
sent accusare eum Iesus autem inclinans se accusare possent. At Iesus sese proclinare, et digito
deorsum digito scribebat in terra humum exarare.
- 7 cum autem perseverarent interrogantes eum (7) Ac illis eum interrogare pergentibus, erexit se, et,
erexit se et dixit eis qui sine peccato est qui vestrum peccati expers est, primus in eam lapidem
vestrum primus in illam lapidem mittat iaciat.
- 8 et iterum se inclinans scribebat in terra (8) Haec locutus, sese rursus proclinat et terram ins-
cribit. (9) Quo audito, illi discedunt singuli, a seniori-
bus exorsi: relictusque est solus Iesus, et adstans in
9 audientes autem unus post unum exiebant in- medio femina.
cipientes a senioribus et remansit solus et mu-
lier in medio stans
- 10 erigens autem se Iesus dixit ei mulier ubi (10) Tum Iesus, ut sese erexit, et neminem¹, excepta
sunt nemo te condemnavit muliere, vidit, dixit ei: mulier, ubi sunt illi accusatores
tui? nullus te condemnavit?
- 11 quae dixit nemo Domine dixit autem Iesus (11) Nullus, Domine, inquit illa. Et Iesus: nec ego te
nec ego te condemnabo vade et amplius iam condemno. Abi, et deinceps peccare noli.
noli peccare.

¹ Die Wörter "et neminem excepta muliere vidit" standen in der Version des griechischen Textes, den Castellio verwendete. Der Vulgatatext links entspricht der *Vulgata Clementina* (1592).

5 P Augustinus: *Confessiones* 1.13.21–22

Lektüreelebnisse in der Kindheit

Text: S. Aureli Augustini *Confessionum Libri XIII*, Hg. von Martin Skutella, Stuttgart: Teubner, 1969, S. 15–17.

1 Quid autem erat causae, cur graecas litteras oderam, quibus puerulus imbuebar, ne nunc
 2 quidem mihi satis exploratum est. Adamaveram enim latinas, non quas primi magistri, sed quas
 3 docent, qui grammatici¹ vocantur. Nam illas primas, ubi legere et scribere et numerare discitur,
 4 non minus onerosas poenalesque habebam quam omnes graecas. Unde tamen et hoc nisi de
 5 peccato et vanitate vitae, qua «caro» eram «et spiritus ambulans et non revertens?»² Nam
 6 utique meliores, quia certiores, erant primae illae litterae, quibus fiebat in me et factum est et
 7 habeo illud, ut et legam, si quid scriptum invenio, et scribam ipse, si quid volo, quam illae,
 8 quibus tenere cogebam Aeneae nescio cuius errores oblitus errorum meorum et plorare
 9 Didonem mortuam, quia se occidit ab amore, cum interea me ipsum in his a te morientem, deus,
 10 vita mea, siccis oculis ferrem miserrimus.

11 [...] Nam ecce paratior sum oblivisci errores Aeneae atque omnia eiusmodi quam scribere et
 12 legere. [...] Peccabam ergo puer, cum illa inania istis utilioribus amore praeponebam vel
 13 potius ista oderam, illa amabam. Iam vero «unum et unum duo, duo et duo quattuor» odiosa
 14 cantio mihi erat et dulcissimum spectaculum vanitatis equus ligneus plenus armatis et Troiae
 15 incendium atque «ipsius umbra Creusae».³

¹ *Grammatici* waren Philologen im weitesten Sinn, die sich in wissenschaftlicher oder pädagogischer Absicht mit literarischen Texten befassten. Vgl. Seneca, *Epistulae ad Lucilium* 108, 32–34: «Wenn aber ein *grammaticus* dieselbe Schriftrolle auseinanderwickelt [die Rede ist von Ciceros *De re publica*], so wird er als erstes die konkreten Wortformen in seinem Bericht vermerken und zum Beispiel hervorheben, dass Cicero *reapse* schreibt, das bedeutet *re ipsa*, ebenso *seipse*, das bedeutet *se ipse*. Dann lenkt er seine Aufmerksamkeit auf die Wörter, deren Bedeutung heute eine andere ist. [...] Anschliessend freut er sich, dass er die Quelle eines Vergilzitats gefunden hat und sagt, Vergil habe diese Idee von Ennius gestohlen und Ennius von Homer.» An dieser Stelle meint Augustinus einfach «Lehrer»; er spricht ja von seinem Schulunterricht.

² Psalm 77, 39.

³ Aeneis 2, 772.

6 L Vergil: Aeneis 2, 768–795

Text: P. Vergili Maronis Opera, Hg. von R. Mynors, Oxford: Oxford University Press, 1972, S. 150–151.

Im spektakulären zweiten Buch der Aeneis schildert Aeneas rückblickend die Nacht von Troias Untergang: Während die Griechen die brennende Stadt plündern, versucht er mit seiner Familie zu fliehen. Nachdem es ihm gelungen ist, seinen Vater und seinen Sohn an einem Sammelpunkt ausserhalb der Stadt in Sicherheit zu bringen, merkt er, dass seine Frau Creusa unterwegs verlorengegangen ist. Ohne zu zögern kehrt er um und macht sich in den Strassen Troias auf die Suche nach ihr:

768 ausus quin etiam voces iactare per umbram
 769 implevi clamore vias, maestusque Creusam
 770 nequiquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.
 771 quaerenti et tectis urbis sine fine ruenti
 772 infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
 773 visa mihi ante oculos et nota maior imago.
 774 obstipui, steteruntque comae et vox faucibus haesit.
 775 tum sic adfari et curas his demere dictis:
 776 «quid tantum insano iuvat indulgere dolori,
 777 o dulcis coniunx? non haec sine numine divum
 778 eveniunt; nec te comitem hinc portare Creusam
 779 fas, aut ille sinit superi regnator Olympi.
 780 longa tibi exsilia et vastum maris aequor arandum,
 781 et terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva
 782 inter opima virum leni fluit agmine Thybris.
 783 illic res laetae regnumque et regia coniunx
 784 parta tibi; lacrimas dilectae pelle Creusae.
 [...]
 789 iamque vale et nati serva communis amorem.»
 790 haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem
 791 dicere deseruit, tenuisque recessit in auras.
 792 ter conatus ibi collo dare bracchia circum;
 793 ter frustra compresa manus effugit imago,
 794 par levibus ventis velucisque simillima somno.
 795 sic demum socios consumpta nocte reviso.

7 P Ambrosius: *Anfänge der Hymnendichtung*

Als 385/386 auf Wunsch Iustinas, der Mutter des Kaisers Valentinian II., die Mailänder Basilica Portiana zu einer arianischen Kirche gemacht werden sollte, leistete der populäre und mächtige Bischof Ambrosius (339–397) heftigen Widerstand. Mit einer grossen und gewaltbereiten Menschenmasse besetzte er die Basilica. Ambrosius verstand es, die Massen hinter sich zu einen. Ein Mittel dazu war der Gesang seiner Hymnen, die er zu diesem Zweck geschaffen hatte. Sie dienten in der menschengefüllten Kirche als Kampfgesang gegen die Arianer und sollen die kaiserlichen Soldaten davon abgehalten haben, gewaltsam gegen die gesetzeswidrige Besetzung vorzugehen. In den folgenden Auszügen äussern Ambrosius und Augustinus, der sich zur fraglichen Zeit in Mailand aufhielt, ihre Überlegungen zur Wirkung von Hymnen allgemein und zu ihrer Funktion bei der berühmten Kirchenbesetzung.

1 **Ambrosius, *Exp. Psalm. XII 1.9***: Ex diversis et disparibus vocibus unam exprimens cantilenam: Psalmus
2 dissidentes copulat, discordes sociat, offensos reconciliat; quis enim non remittat ei, cum quo unam ad deum
3 vocem emiserit? magnum plane unitatis vinculum, in unum chorum totius numerum plebis coire. dispa-
4 res citharae nervi sunt, sed una symphonia.

5 **Ambrosius, *Sermo contra Auxentium basilicis tradendis 34–35***: Hymnorum quoque meorum carmini-
6 bus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo. Grande carmen istud est, quo nihil potentius. Quid
7 enim potentius quam confessio Trinitatis, quae quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes stu-
8 dent fidem fateri, Patrem et Filium et Spiritum sanctum norunt versibus praedicare. Facti sunt igitur omnes
9 magistri, qui vix poterant esse discipuli.

10 **Augustinus, *Conf. 9.7.15***: Nimirum annus erat aut non multo amplius, cum Justina, Valentiniani regis
11 pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur haeresis suae causa, qua fuerat seducta ab Arrianis.
12 excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum episcopo suo, servo tuo. tunc hymni et psalmi ut canerentur
13 secundum morem orientalium partium, ne populus maeroris taedio contabesceret, institutum est.

14 **Augustinus, *Conf. 9.6.14–7.15***: Quantum flevi in hymnis et canticis tuis, suave sonantis ecclesiae tuae
15 vocibus commotus acriter! voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas in cor meum, et exaes-
16 tuabat inde affectus pietatis, et currebant lacrimae, et bene mihi erat cum eis. non longe coeperat Mediola-
17 nensis ecclesia genus hoc consolationis et exhortationis celebrare magno studio fratrum concinentium vo-
18 cibus et cordibus.

8 L Hymnen

Die eingängige Form, in der Ambrosius seine Hymnen verfasste (8 Strophen mit jeweils 4 Versen im iambischen Dimeter), war ein Erfolgsmodell – nicht zuletzt deshalb, weil es mit seiner weitgehend konstanten Silbenzahl auch in seiner akzentrythmischen Variante (d. h. ohne Kenntnis der antiken Prosodie) funktionierte. Das ganze Mittelalter hindurch entstanden liturgische Hymnen, seltener ausserliturgische Texte, in dieser Form.

Ambrosius von Mailand

aus: Guido Maria Dreves, *Ein Jahrtausend lateinischer Hymnendichtung*, I, S. 9.

	Deus creator omnium,		Ut cum profunda clausurit
2	Polique rector, vestiens	18	Diem caligo noctium,
	Diem decoro lumine,		Fides tenebras nesciat,
4	Noctem soporis gratia.	20	Et nox fide reluceat.
	Artus solutos ut quies		Dormire mentem ne sinas,
6	Reddat laboris usui,	22	Dormire culpa noverit,
	Mentesque fessas allevet,		Custos fides refrigerans,
8	Luctusque solvat anxios.	24	Somni vaporem temperet.
	Grates peracto jam die,		Exuta sensu lubrico,
10	Et noctis exortu preces,	26	Te cordis alta somnient;
	Votis, reos ut adjuves,		Nec hostis invidi dolo
12	Hymnum canentes solvimus.	28	Pavor quietos suscitet.
	Te cordis ima concinant,		Christum rogemus et Patrem,
14	Te vox canora concrepet,	30	Christi Patrisque Spiritum,
	Te diligat castus amor,		Unum potens per omnia
16	Te mens adoret sobria.	32	Fove precantes Trinitas.

Venantius Fortunatus (ca. 530 – nach 600), **carm. 2.6** (fand Eingang in die Liturgie)

aus: *Venance Fortunat, Poèmes. Tome I. Livres I-IV. Texte établi et traduit par Marc Reydellet, Paris 1994.*

	Vexilla regis prodeunt,		Confixa clavis viscera
2	fulget crucis mysterium,	6	tendens manus, vestigia,
	quo carne carnis conditor		redemptionis gratia
4	suspensus est patibulo.	8	hic immolata est hostia.

	Quo vulneratus insuper		[O crux ave, spes unica,
10	mucrone diro lanceae,	26	hoc passionis tempore,
	ut nos lavaret crimine,		auge piis iustitiam
12	manavit unda et sanguine.	28	reisque dona veniam.]
	Inpleta sunt quae concinit		Fundis aroma cortice,
14	David fideli carmine	30	vincis sapore nectare,
	dicendo nationibus:		iucunda fructu fertili
16	regnavit a ligno Deus.	32	plaudis triumpho nobili.
	Arbor decora et fulgida,		Salve, ara, salve, victima,
18	ornata regis purpura,	34	de passionis gloria,
	electa digno stipite		qua vita mortem pertulit
20	tam sancta membra tangere.	36	et morte vitam reddidit.
	Beata cuius brachiis		
22	pretium pependit saeculi.		
	Statera facta est corporis		
24	praedam tulitque Tartari.		

9 P Hohelied, Kommentare

Zauber der Allegorie: Mittelalterliche Interpretationen des *Canticum canticorum*

Das König Salomo (um 965–926) zugeschriebene «Lied der Lieder» ist eine Sammlung mehrerer, zum Teil unvollständiger erotischer Gedichte und volkstümlicher Liebeslieder. Die Abfassungszeit läßt sich kaum bestimmen; einzelne Teile können bis in die Zeit Salomos hinaufreichen, anderes gehört in seiner jetzigen Gestalt vielleicht ins 5. oder sogar 4. Jh. vor Christus.

Der Zuschreibung an den mit David populärsten jüdischen König, Salomo, verdankt das Werk seine Aufnahme in den jüdischen Kanon heiliger Bücher; es gehört sogar zu den fünf Textrollen, aus denen an den jüdischen Hauptfesten vorgelesen wird. Allerdings versuchten schon die jüdischen Gelehrten, hinter dem vordergründigen Hymnus auf die Jugend, das Leben und die Liebe eine allegorische Aussage zu verstehen: die Liebe zwischen Jahwe und Israel.

Die christlichen Theologen schon des 3. Jh. modifizierten diese Auslegung für christliche Bedürfnisse: Der Geliebte ist Christus, die Geliebte die Kirche oder Maria oder unsere Seele. Bis ins 18. Jh. blieb die allegorische Deutung des Hohelieds, in zahllosen Kommentaren variiert, vorherrschend.



Canticum Canticorum cum glossa ordinaria. Genf, Bibliotheca Bodmeriana, cod. Bodmer 31, f. 2r, 12.Jh.
<https://www.e-codices.unifr.ch/en/fmb/cb-0031/2r>

(Ia) Cant. 5,1 (Vulgatext: *Biblia Sacra Iuxta Vulgatam*, hrsg. Weber/Gryson. Deutsche Bibelgesellschaft. Stuttgart 2007.)

bibi vinum meum cum lacte meo
 comedite amici bibite et inebriamini
 carissimi

(Ib) Alanus ab Insulis, *elucidatio*, PL 210 Sp.84 (33W)

Comedite etc.: Amici mei in horto aeternae beatitudinis, *comedite* panem qui de coelo descendit (Jo 6), et *bibite* aquam vivam, quae coelestem paradysum irrigat. Et *inebriamini* coelesti gaudio, carissimi, per veram dilectionem.

comedere = edere; irrigare: *bewässern*; dilectio: *Liebe*

(IIa) Cant. 5,2

ego dormio et cor meum vigilat
 vox dilecti mei pulsantis
 aperi mihi soror mea amica mea columba mea immaculata mea
 quia caput meum plenum est rore et cincinni mei guttis noctium

(IIb) Bruno von Asti (um 1100), PL 164, Sp. 1263 (62W)

Ego dormio etc.: Dormivit Christus quidem secundum carnem, quoniam mortuus est et sepultus; cor autem vigilat, quia divinitas dormire non potest. Hoc autem etiam in persona Ecclesiae sic intellegitur: Ego dormio, carne devicta et subiugata; cor autem vigilat, anima scilicet quae in bonis operibus perseverat. Possumus autem per cor etiam Christi apostolos intellegere. Isti enim vigilant, isti sanctam Ecclesiam die noctuque custodiunt.

in persona Ecclesiae: *in Bezug auf die Kirche*; carne devicta: devincere = vincere; perseverare: *verharren, bleiben*

(IIIa) Cant. 7,1

quid videbis in Sulamiten nisi choros castrorum
 quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis
 iunctura feminum tuorum
 sicut monilia quae fabricata sunt manu artificis
 2 umbilicus tuus crater tornatilis numquam indigens poculis
 venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis

(IIIb) Cassiodor (6. Jh.), PL 70, Sp. 1093 (84W)

Quam pulchri sunt gressus tui etc.: Ab hoc loco incipit sponsus exponere laudes sponsae suae. Et notandum est quod a gressibus incipit eius pulchritudinem laudare, et in ore eius finit, sicut superius ab oculis ceperat. Hoc autem fecit vel ad pulchritudinem carminis variandam, vel etiam quia sic mysteriis aptissimum est. Vidit Ecclesiam non otiose in uno loco stantem, sed veloci praedicatione totum mundum peragrantem, ideoque a gressibus coepit eam laudare. *Gressus* enim Ecclesiae sunt velox praedicatio apostolorum, per quos in omnem terram Evangelium insonuit.

sponsus: *Bräutigam*; praedicatio: *Predigt, Verkündigung*; insonare: *ertönen, bekannt werden*

10 L Boëthius: *De institutione musica* 1.10

Text: *Anicii Manlii Torquati Severini Boetii de institutione musica libri quinque*. Ed. G. Friedlein, Leipzig 1867.

Boëthius (ca. 480–525/6) ist eine der ganz grossen Figuren in der Übergangszeit von der Spätantike ins frühe Mittelalter. Er wirkte zur Zeit, als Theoderich der Grosse die Herrschaft über Italien innehatte. Nebst seinem Hauptwerk, der *Consolatio Philosophiae*, übersetzte er die grossen Werke Platons und des Aristoteles, verfasste theologische, philosophische und wissenschaftliche Abhandlungen.

Zu den wissenschaftlichen Werken gehören die fünf Bücher *De institutione musica*. Daraus stammt der folgende Ausschnitt. Im vorausgehenden Kapitel rühmt Boëthius die Leistung des Pythagoras von Samos (ca. 570–510 v. Chr.): Dieser habe sich nicht ausschliesslich auf die Sinne verlassen, sondern erkannt, dass zu sicherem Wissen auch die Berechnung gehöre. Traditionell wird den Pythagoreern ja auch das Motto «Alles ist Zahl» zugeschrieben.

Liber I, cap. X. **Quemadmodum Pythagoras proportionales consonantiarum investigaverit.**

Haec igitur maxime causa fuit,

cur relicto aurium iudicio Pythagoras ad regularum momenta migraverit,

qui nullis humanis auribus credens,

5 quae partim natura, partim etiam extrinsecus accidentibus permutantur, partim ipsis variantur aetatibus,

nullis etiam deditus instrumentis, penes quae saepe multa varietas atque inconstantia nasceretur,

dum nunc quidem si nervos velis aspicere

vel aer humidior pulsus obtunderet vel siccior excitaret

vel magnitudo chordae graviorem redderet sonum vel acumen subtilior tenuaret

10 vel alio quodam modo statum prioris constantiae permutaret,

et cum idem esset in ceteris instrumentis,

omnia haec inconsulta minimaque aestimans fidei diuque aestuans inquirebat,

quanam ratione firmiter et constanter consonantiarum momenta perdisceret.

Cum interea divino quodam nutu praeteriens fabrorum officinas pulsos malleos exaudit

15 ex diversis sonis unam quodam modo concinentiam personare.

Ita igitur ad id, quod diu inquirebat, adtonitus accessit ad opus

diuque considerans arbitratus est diversitatem sonorum ferientium vires efficere,

atque ut id apertius conliqueret, mutare inter se malleos imperavit.

Sed sonorum proprietates non in hominum lacertis haerebat,

20 sed mutatos malleos comitabatur.

Ubi id igitur animadvertit, malleorum pondus examinat,

et cum quinque essent forte mallei, dupli reperti sunt pondere,

qui sibi secundum diapason consonantiam respondebant.

Eundem etiam, qui duplus esset alio,
25 sesquitercium alterius comprehendit, ad quem scilicet diatessaron sonabat.
Ad alium vero quendam, qui eidem diapente consonantia iungebatur,
eundem superioris duplum repperit esse sesquialterum.
Duo vero hi, ad quos superior duplex sesquitercius et sesquialter esse probatus est,
ad se invicem sesquioctavam proportionem perpensi sunt custodire.
30 Quintus vero est reiectus, qui cunctis erat inconsonans.
Cum igitur ante Pythagoram consonantiae musicae partim diapason partim diapente
partim diatessaron, quae est consonantia minima, vocarentur,
primus Pythagoras hoc modo repperit,
qua proportione sibimet haec sonorum concordia iungeretur.
35 Et ut sit clarius quod dictum est, sint verbi gratia malleorum quattuor pondera,
quae subter scriptis numeris contineantur: XII. VIII. VIII. VI.
Hi igitur mallei, qui .XII. et .VI. ponderibus vergebant, diapason in duplo concinentiam personabant.
Malleus vero .XII. ponderum ad malleum .VIII.
et malleus .VIII. ponderum ad malleum .VI. ponderum
40 secundum epitritam proportionem diatessaron consonantia iungebatur.
.VIII. vero ponderum ad .VI. et .XII. ad .VIII.
diapente consonantiam permiscebant.
.VIII. vero ad .VIII. in sesquioctava proportione resonabant tonum.

11 P Abaelard: *Historia Calamitatum*

Text: Abaelards „Historia calamitatum“. Text – Übersetzung – literaturwissenschaftliche Modellanalysen, hg. v. Dag Nikolaus Hasse, Berlin / New York 2002, S. 22–24 (Z. 316–341)

Der Philosoph und Theologe Petrus Abaelardus (1079–1142) beschreibt in dieser Leidensgeschichte unter anderem, wie er sich in Paris in die junge Heloise verliebte, deren Onkel Fulbert ihn als Hauslehrer für das Mädchen eingestellt und der Beziehung damit nichtsahnend Vorschub geleistet hatte. Das Verhältnis blieb nicht ohne Folgen ...

1 Paucos enim iam res tam manifesta decipere poterat ac neminem, credo, praeter eum, ad cuius
2 ignominiam maxime id spectabat, ipsum videlicet puellae avunculum. Cui quidem hoc cum a nonnullis
3 nonnumquam suggestum fuisset, credere non poterat tum, ut supra memini, propter immoderatam suae
4 neptis amicitiam, tum etiam propter ante actae vitae meae continentiam cognitam. Non enim facile de his,
5 quos plurimum diligimus, turpitudinem suspicamus, nec in vehementi dilectione turpis suspicionis labes
6 potest inesse. Unde et illud est beati Ieronimi in epistola ad Castricianum: "Solemus mala domus nostrae
7 scire novissimi ac liberorum ac coniugum vitia vicinis canentibus ignorare." [Hier., Epist. 147, 10, CSEL
8 56, S. 327]. Sed quod novissime scitur, utique sciri quandoque contingit, et quod omnes deprehendunt, non
9 est facile unum latere. Sic itaque pluribus evolutis mensibus et de nobis accidit. O quantus in hoc
10 cognoscendo dolor avunculi! Quantus in separatione amantium dolor ipsorum! Quanta sum erubescencia
11 confusus! Quanta contritione super afflictione puellae sum afflicto! Quantos maeroris ipsa de verecundia
12 mea sustinuit aestus! Neuter quod sibi, sed quod alteri contigerat querebatur; neuter sua, sed alterius
13 plangebat incommoda. Separatio autem haec corporum maxima erat copulatio animorum, et negata sui
14 copia amplius amorem accendebat, et verecundiae transacta iam passio inverecundiores reddebat; tantoque
15 verecundiae minor exstiterat passio, quanto convenientior videbatur actio. Actum itaque in nobis est, quod
16 in Marte et Venere deprehensis poetica narrat fabula.

17 Non multo autem post puella se concepisse comperit et cum summa exultatione mihi super hoc ilico
18 scripsit consulens quid de hoc ipse faciendum deliberarem. Quadam itaque nocte avunculo eius absente,
19 sicut nos condixeramus, eam de domo avunculi furtim sustuli et in patriam meam sine mora transmisi, ubi
20 apud sororem meam tamdiu conversata est, donec pareret masculum, quem Astralabium nominavit.

12 L Wilhelm von Tyrus: *Chronicon*

Text: Guillaume de Tyr, Chronique. Ed. R. B. C. Huygens, Turnholt 1986 (Corpus Christianorum Continuatio Mediaevalis. LXIII, LXIII A). 23. Buch, Vorrede.

Wilhelm von Tyrus, oft als „der beste Historiograph des Mittelalters“ bezeichnet, wurde bei der Abfassung seines umfangreichen Werkes *Historia rerum in partibus transmarinis gestarum* (auch: *Chronicon*), in dem er auf Veranlassung des Königs Amalrich I. die Geschichte Jerusalems insbesondere seit dem 1. Kreuzzug (1096–1099) darstellt, immer wieder von Zweifeln geplagt und dachte sogar daran, das Vorhaben gänzlich aufzugeben, wie er im Prolog zum 23. Buch bekennt:

1 Proposueramus sinistrorum tedio casuum, qui frequentius solito, immo qui pene continue regno accidunt,
2 amodo calamis ocium indicere et sepulta mandare silentio que posteris publicanda susceperamus. Nemo
3 enim est qui non invitus langorem patrie et suorum defectus in lucem proferat, cum quasi usu inter homines
4 eveniat et tanquam naturale reputetur unumquemque totis niti viribus patriam laudibus attollere et titulis
5 non invidere suorum. Verum nobis preconiorum omnis subducitur materia et solum apta fletibus et lacrimas
6 extorquens nobis se offert lugentis patrie calamitas et miseria multiformis. Qui enim hactenus in superiori-
7 bus libris virorum fortium, qui in nostro Oriente maximeque Ierosolimis per annos octoginta et amplius
8 principatum tenuerunt, egregia facta qualiquali stilo descripsimus, deficimus in nobis ipsis detestatione pre-
9 sentium, obstupescentes materiam que se oculis et auribus ingerit, que nec Codri carmine nec cuiuslibet
10 Mevii digna est relatu. Nichil enim in nostrorum principum actibus occurrit quod memorie thesauris vir
11 prudens credat esse mandandum, nichil quod aut lectori recreationem conferat aut scriptori proficiat ad
12 honorem: [...].

13 Sed quibus cordi est ut in eo, quod semel cepimus, nos continuemus proposito quique orant instantius ut
14 regni Ierosolimorum status omnis, tam prosper quam adversus, posteritati nostra significetur opera, stimu-
15 los addunt, proponentes historiographorum disertissimos, Titum videlicet Romanorum non solum pros-
16 pera, sed etiam adversa mandasse litteris, Iosephum quoque non solum que a Iudeis egregie gesta publi-
17 casse. Habundant et aliis exemplis qui ad hoc nos nituntur impellere eoque facilius persuadent, quia plane
18 liquet rerum gestarum scriptoribus utramque sortem pari esse ratione propositam, ut sicut gestorum felici-
19 ter narratione posteros ad quandam animositatem erigunt, sic infortuniorum subiectorum exemplos eosdem
20 reddant in similibus cautiores. Annalium enim conscriptores non qualia optant ipsi, sed qualia ministrant
21 tempora mandare solent litteris ex officio, rerum autem, et bellorum maxime, varius esse solet eventus et
22 non uniformis, in quo nec prosperitas continua nec casus oppositus sine lucidis intervallis.

23 Vincimur ergo [...]

13 P Urkunden

Der St. Galler Abt Konrad von Bussnang (reg. 1226–1230) überträgt der Frauenkongregation in St. Gallen den ihr von Berthold Cocus und Ulrich Blarer geschenkten Hof am Irabach und nimmt sie in seinen Schutz.

In nomine patris ⁊ filij ⁊ sp̄s sc̄i ego. Cōdi gr̄a sc̄i galli abbas uniuersarū fidelū salutē in dño. He labant cū tēp̄e que exiunt in temp̄e letitiarū debent ac testium memorie cōmendari. Virūsis ē in x̄po fidelibz tam futis q̄ p̄sentibz. presens scriptū inspectis. notū fieri uolum. qd̄ cum congregatō quēdam consularū mulierū sub sac̄ sua pendulo. in diuisis locis tam intra quā extra ciuitatē sc̄i galli dignatū. de stabulū mansione sua diu p̄mansissent in ept̄e. tandem. B. coc ⁊ v. blararū diuine exatay monita. sup̄ eas multa moti. ob remediū amittay suay. in honore d̄i. om̄is. eis q̄dam curule qd̄ iuxta r̄p̄ā que iuxta uocat̄ habebant donare ceperunt. ⁊ in manū n̄ras resignando. esita coniectū rogabant ut ille loc̄ in p̄petuū deo dicatū. non n̄ bone cōsuetudinē hōibz ad inhabitandū debeat p̄tēre. Hos u. in idem loc̄. ⁊ in x̄po dō. sc̄as suis famulantes. strictus ac special̄ in altariū p̄uocacione p̄maneat in postēriū ad utiq̄q̄ solue. d̄m̄. uisoy. ac mulierū consensum. ⁊ p̄uocacionē. ip̄m p̄ q̄dam censu. uideā p̄ una libra cēte. annuatī alt̄i p̄soluenda. cessim. eandē habitatio nē sub p̄uocacione sc̄m̄. p̄fessor. galli. ⁊ othmar. ⁊ n̄ras suscipiendo. Statuim̄ etiā. qd̄ si aliq̄. eis bona in postūm. offeruntur. sub eundem ceclant censum. et sub d̄i p̄uocacionē. assistant. He aut̄. in postēriū contra id sc̄m̄. aliqd̄. ausu temeraria. ualeat atemptari. presens instrumentū. secūm. conscri. ⁊ sigilli n̄ri. n̄ras cap̄t. munimine confirmari. Dat̄. ap̄d sc̄m̄. galli. anno. gr̄e. d̄. cc. xx. vii. In dict̄. p̄ma. u. et. uili.

Zeilengenaue Umschrift:

1. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego C. dei gratia sancti Galli abbas universitati fidelium salutem in domino. Ne labantur cum tempore,
2. que geruntur in tempore, litterarum debent ac testium memorie commendari. Universis igitur in Christo fidelibus tam futuris quam presentibus
3. presens scriptum inspecturis notum fieri volumus, quod cum congregatio quedam conversarum mulierum sub status sui pendulo in diversis
4. locis tam intra quam extra civitatem sancti Galli degentium de stabili mansione sua diu mansissent incerte, tandem B. Cocus
5. et V^{us} Blarrarius divino excitati monitu super eas misericordia moti ob remedium animarum suarum in honorem dei omnipotentis eis quoddam curtile,
6. quod iuxta ripam, que Nigra vocatur, habebant, donare decreverunt et in manus nostras resignando eis ita concedi rogabant, ut ille
7. locus in perpetuum deo dicatus non nisi bone conversationis hominibus ad inhabitandum debeat patere. Nos vero, ut idem locus et in ipso deo et sanctis
8. suis famulantes strictius ac specialius in abbatum protectione permaneant in posterum, ad utrorumque scilicet dictorum virorum ac mu-
9. lierum consensum et petitionem ipsum pro quodam censu videlicet pro una libra cere annuatim abbati persolvenda concessimus, eandem habitatio-
10. nem sub protectione sanctorum confessorum Galli et Othmari et nostram suscipiendo. Statuimus etiam, quod si aliqua eis bona in posterum conferun-
11. tur, sub eundem cedant censum et sub dicta protectione consistant. Ne autem in posterum contra id factum aliquid ausu temera-
12. rio valeat attemptari, presens instrumentum fecimus conscribi et sigilli nostri nostrique capituli munimine confirmari. Dat.
13. apud sanctum Gallum, anno gratie M^o.CC^o.XX^oVIII^o, indict. prima, II^a kl. iulii.

Otto Clavadetscher: *Chartularium Sangallense*, Bd. III., Gossau 1983. Nr. 1152, S. 162f.

Abb: Ernst Ziegler und Jost Hochuli: *Hefte zur Paläographie des 13. bis 20. Jahrhunderts aus dem Stadtarchiv (Vadiana) St. Gallen*. Rorschach, 1985. S. 15.

Anmerkungen:

B. Cocus = Berchtold Kuchimeister, äbtischer Küchenmeister, erwähnt 1222–1228; Ulrich Blarer, Gründer des Heiliggeist-Spitals, erwähnt 1228–1252.

Ira- oder Schwarzbach im Norden der St. Galler Altstadt, vgl. dazu Ernst Ehrenzeller: *Der Ira- oder Schwärzebach in St. Gallen*. St. Gallen 1980.

14 L Chronik und Annalen: Quedlinburger Annalen

Die Geschichte der lateinischen Annalen beginnt in der frühen Römischen Republik. *Annalen* folgen, wie der Name sagt, in der Regel dem chronologischen Ablauf eines Jahres, während *Chroniken* dem Autor eher einen themabezogenen Blick erlauben. Die Gattung erlebte im frühen (Gregor von Tours!) und hohen Mittelalter eine grosse Blüte.


Der für die Lectio ausgewählte Auszug aus den Quedlinburger Annalen (11. Jahrhundert) erzählt vom Tod der Kaiserin Theophanu (ca. 960–991). Der Text stammt aus den *Monumenta Germaniae Historica (MGH)*, *Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum separatim editi*, Bd. 72: Martina Giese: *Die Annales Quedlinburgenses*. Hannover 2004.

[https://www.dmgh.de/mgh_ss_rer_germ_72/index.htm#page/\(2\)/mode/2up](https://www.dmgh.de/mgh_ss_rer_germ_72/index.htm#page/(2)/mode/2up)

Zum Thema: Theophanu, die Nichte des oströmischen Kaisers und Gattin Ottos II., Mutter Ottos III., war einige Jahre Mitkaiserin und nach dem Tod ihres Mannes für sieben Jahre Kaiserin.



Elfenbeintafelchen zur Hochzeit von Otto II. und Theophanu, mit segnendem Christus. ca. 982. Paris, Musée national du Moyen Âge (ehem. Musée de Cluny).



Heiratsurkunde der Kaiserin Theophanu, ausgestellt von Kaiser Otto II. in Rom, 14. April 972. Kalligraphische Ausfertigung, Wolfenbüttel, Staatsarchiv

DCCCCXCI. Theophane⁸⁹⁸ imperatrix cum filio suo, imperatore tertio Ottone, paschale festum imperiali gloria apud Quedelingnensem peregit civitatem, ubi etiam marchio^l Tuscanorum Hugo⁸⁹⁹ et dux Sclavonicus Misica⁹⁰⁰ cum caeteris Europae primis ibidem confluentibus affuere ad obsequium imperatorii honoris, quae quilibet pretiosissima^m possederat, pro xeniis deferendo. Eⁿ quibusⁿ Misica aliique quam plurimi honorifice donati in patriam redierunt^o. Hugo vero cum eadem imperatrice filioque suo, quocunque regni⁹⁰¹ vel imperando vel regendo proficiscuntur, famulando prosequitur, usque dum Niumagon^{p902} perventum est⁹⁰³. Ibi ergo, dum quadam quasi compede totum sua ditio colligasset imperium⁹⁰⁴, Theophanu^{q905} imperatrix^q consummato^r in bonis vitae suae cursu^f – pro dolor! quod est miserabile dictu – immatura^{905a} dissolvitur morte XVII. KL. Iulii, indeque

l) *AMa, AS, Marcio D* m) *korr. von Hand 2 aus praetiosissima D n-n) E quibus] korr. von Hand 1 aus equibus D* o) *korr. von Hand 2 aus redigerunt D* p) *AMa, Momogon D* q-q) *Theophanu imperatrix] AMa, fehlt AS, D* r-r) *consummato – cursu] AMa, AS, Th, fehlt D*

898) *Zu Theophane – redierunt vgl. Reg. Imp. II, 3 Nr. 1028 d; UHLIRZ, Jahrbücher 2, S. 136 f.; LÜBKE, Regesten 3 Nr. 259; FRIED, Kaiserin S. 182; OFFERGELD, Reges S. 693 Anm. 135. Ostern fiel 991 auf den 5. April.*

899) *Hugo, Markgraf von Tuszien spätestens seit 970 – 21. Dezember 1001. Vgl. Antonio FALCE, Il marchese Ugo di Tuscia (1921); ALVERMANN, Königsherrschaft S. 79–82.*

900) *Mieszko I. von Polen.*

901) *Regnum steht hier an Stelle von imperium. Vgl. GÖRICH, Otto S. 54.*

902) *Nimwegen.*

903) *Über Merseburg Ende April – Ende Mai. Vgl. Reg. Imp. II, 3 Nr. 1031 b; UHLIRZ, Jahrbücher 2 S. 137 f.; FRIED, Kaiserin S. 181 f.*

904) *Zu dieser Behauptung vgl. FRIED, Kaiserin S. 182.*

905) *Den Tod Theophanus berichteten auch die verlorenen Annales Hildesheimenses maiores ad a. 991. Vgl. Annales Altahenses maiores ad a. 992 (S. 15); Annales Hildesheimenses ad a. 991 (S. 25); Annales Lamperti ad a. 991 (S. 46 Z. 22); Annales Ottenburani ad a. 991 (S. 5 Z. 5). Zu Theophanu – honore (S. 479 Z. 6) vgl. Reg. Imp. II, 3 Nr. 1035 b; OFFERGELD, Reges S. 703 mit Anm. 178.*

905a) *Zu immatura morte vgl. Iuvenius 1, 217; Catull, Carm. 96, 5; Vergil, Aen. 11, 166 f.*

lugubri imperatoris, filii scilicet sui, caeterorumque suorum fidelium comitatu evecta ad urbem defertur Agrippinam inque ecclesia sancti Pantaleonis martyris, ut ipsa decreverat, stipante episcoporum, monachorum virginumque coetu, 5 astante etiam omni clero ac populo ultimo flebiliter tumulatur honore⁹⁰⁶.

s) korr. von Hand 2 aus episcopus D

906) *Theophanu* starb am 15. Juni 991 in Nimwegen und wurde im Kölner Kloster St. Pantaleon begraben. Vgl. zur Todesnachricht Martina STRATMANN, *Die Kaiserin Theophanu in den erzählenden Quellen des 11. und 12. Jahrhunderts*, in: *Kaiserin Theophanu 2* S. 413–418, hier S. 414. Zur Wahl des Begräbnisortes vgl. ALTHOFF, *Vormundschaft* S. 284 f. mit Anm. 43. Daß die Wahl des Begräbnisortes dem persönlichen Wunsch der Kaiserin entsprach, bezeugt auch die in der Mitte des 11. Jahrhunderts verfaßte *Translatio s. Albinus auctore Stephano* (S. 687 Z. 39 – S. 688 Z. 2 und S. 688 Z. 12–14). Zu *Theophanus Grab* vgl. auch Helmut FUSSBROICH, *Metamorphosen eines Grabes. Grabstätten der Theophanu in der Kirche der ehemaligen Benediktinerabtei Sankt Pantaleon*, in: *Kaiserin Theophanu 2* S. 231–241.

Zum Vergleich:

Das gleiche Ereignis in der Darstellung des Zeitzeugen **Thietmar von Merseburg** in der um 1000 entstandenen *Merseburger Chronik* (IV 10) (Ed. R. Holtzmann, MGH SS rer. Germ. N. S. 9, Berlin 1935, S. 149,26–150,4)

https://www.dmgh.de/mgh_ss_rer_germ_n_s_9/index.htm#page/149/mode/2up

- 1 Nunc autem de fine imperatricis predictae locuturus, que hunc precesserint signa, primum narrabo.
- 2 Anno dominice incarnationis nongentesimo octuagesimo nono sol defecit duodecimo Kalendas Novem-
- 3 bris quinta hora diei. Sed cunctis persuadeo christicolis, ut veraciter credant, hoc non aliqua malarum
- 4 incantacione mulierum vel esu fieri vel huic aliquo modo seculariter adiuvari posse, sed sicut Macrobius
- 5 testatur ceterique sapientes fieri asserunt, id est de luna.
- 6 In sequenti anno imperatrix in Niumagan infirmatur consummatoque in bonis cursu vite sue discessit
- 7 ab hac vita decimoseptimo Kalendas Iulii. Sepulta vero est ab Evergero sancte Coloniensis ecclesie ar-
- 8 chiepiscopo in monasterio sancti Pantaleonis, quod datis inpensis Brun archipresul ibi requiescens cons-
- 9 trui precepit, presente filio ac multa pro remedio matris anime hiis fratribus largiente.

15 P Cicero: *De natura deorum* 2.76–79

aus: Marcus Tullius Cicero, *Vom Wesen der Götter / De natura deorum*, Lateinisch-deutsch, herausgegeben, übersetzt und kommentiert von O. Gigon und L. Straume-Zimmermann. Berlin 1996.

In *De natura deorum* widmet sich Cicero in Form eines Dialogs dem Wesen der Götter, wobei er vor allem die Ansichten der drei philosophischen Schulen Stoa, Epikureismus und Akademie diskutieren lässt. Dabei wird die Hypothese aufgestellt, dass es entweder keine Götter gibt oder, wenn doch, dass diese durch ihre Vorsehung die Welt lenken:

1 Primum igitur aut negandum est esse deos, quod et Democritus simulacra et Epicurus imagines
 2 inducens quodam pacto negat, aut qui deos esse concedant, is fatendum est eos aliquid agere idque
 3 praeclarum; nihil est autem praeclarius mundi administratione; deorum igitur consilio administ-
 4 ratur. quod si aliter est, aliquid profecto sit necesse est melius et maiore vi praeditum quam deus,
 5 quale id cumque est, sive inanima natura sive necessitas vi magna incitata haec pulcherrima opera
 6 efficiens, quae videmus; non est igitur natura deorum praepotens neque excellens, si quidem ea
 7 subiecta est ei vel necessitati vel naturae, qua caelum maria terrae regantur. nihil est autem praes-
 8 tantius deo; ab eo igitur mundum necesse est regi; nulli igitur est naturae oboediens aut subiectus
 9 deus; omnem ergo regit ipse naturam. etenim si concedimus intellegentes esse deos, concedimus
 10 etiam providentes et rerum quidem maxumarum. ergo utrum ignorant, quae res maxumae sint
 11 quoque eae modo tractandae et tuendae, an vim non habent, qua tantas res sustineant et gerant?
 12 at et ignoratio rerum aliena naturae deorum est, et sustinendi muneris propter inbecillitatem dif-
 13 ficultas minime cadit in maiestatem deorum. ex quo efficitur id, quod volumus, deorum providentia
 14 mundum administrari.

15 Atqui necesse est, cum sint di (si modo sunt, ut profecto sunt), animantis esse, nec solum animan-
 16 tes, sed etiam rationis compotes inter seque quasi civili conciliatione et societate coniunctos, unum
 17 mundum ut communem rem publicam atque urbem aliquam regentis. sequitur, ut eadem sit in is
 18 quae humano in genere ratio, eadem veritas utrobique sit eademque lex, quae est recti praeceptio
 19 praviue depulsio. ex quo intellegitur prudentiam quoque et
 20 mentem a deis ad homines pervenisse [...].

16 L Cicero, Brief an Terentia, Tullia und Cicero

aus: Marcus Tullius Cicero, *An seine Freunde / Epistulae ad familiares, Lateinisch-deutsch, herausgegeben und übersetzt von Helmut Kasten. Berlin 2004: 14, 4 (3).*

Cicero schreibt 58 v. Chr. aus dem Exil in Dyrrhachium an seine Frau Terentia sowie die beiden Kinder Tullia und Cicero, die zu Hause geblieben sind. Er beklagt seine Situation, will seine Gattin aber auch beruhigen und schöpft aus ihrem Verhalten Trost und Hoffnung:

Scr. Dyrrhachii prid. Kal. Dec. an. 58

TULLIUS S. D. TARENTIAE SUAE ET TULLIAE ET CICERONI

1 Accepi ab Aristocrito tris epistulas, quas ego lacrimis prope delevi; conficior enim maerore, mea
 2 Terentia, nec meae me miseriae magis excruciant quam tuae vestraeque; ego autem hoc miserior
 3 sum quam tu, quae es miserruma, quod ipsa calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa
 4 mea propria est. meum fuit officium vel legatione vitare periculum vel diligentia et copiis resistere
 5 vel cadere fortiter. hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit.
 6 Quare cum dolore conficiar tum etiam pudore; pudet enim me uxori meae optimae, suavissimis li-
 7 beris virtutem et diligentiam non praestitisse. nam mi ante oculos dies noctesque versatur squalor
 8 vester et maeror et infirmitas valetudinis tuae, spes autem salutis pertenuis ostenditur. inimici sunt
 9 multi, invidi paene omnes; eicere nos magnum fuit, excludere facile est. sed tamen, quam diu vos
 10 eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse videantur.
 11 Ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est, quem etiam inimici volunt vivere in tantis
 12 miseriis; ego tamen faciam, quae praecipis.
 13 [...]
 14 Nunc spes reliqua est in novis tr. pl. et in primis quidem diebus; nam, si inveterarit, actum est. ea re
 15 ad te statim Aristocritum misi, ut ad me continuo initia rerum et rationem totius negotii posses
 16 scribere; etsi Dexippo quoque ita imperavi, statim ut recurreret, et ad fratrem misi, ut crebro tabel-
 17 larios mitteret. nam ego eo nomine sum Dyrrhachi hoc tempore, ut quam celerrime, quid agatur,
 18 audiam, et sum tuto; civitas enim haec semper a me defensast. cum inimici nostri venire dicentur,
 19 tum in Epirum ibo.
 20 Quod scribis te, si velim, ad me venturam, ego vero, cum sciam magnam partem istius oneris abs te
 21 sustineri, te istic esse volo. si perficitis, quod agitis, me ad vos venire oportet; sin autem – sed nihil
 22 opus est reliqua scribere. ex primis aut summum secundis litteris tuis constituere poterimus, quid
 23 nobis faciendum sit; tu modo ad me velim omnia diligentissime perscribas; etsi magis iam rem quam
 24 litteras debeo exspectare. Cura, ut valeas et ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil esse nec umquam
 25 fuisse. vale, mea Terentia; quam ego videre videor, itaque debilitor lacrimis. vale.

17 P Petrarca, *Epistolae familiares* XXIV.3

Brief an Cicero

aus: Francesco Petrarca: *Ad Marcum Tullium Ciceronem*. Aus: Ders.: *Epistolae familiares* XXIV.3. Hrsg. von Ugo Dotti. Turin: 1978. S. 538ff.

Francesco Petrarca (1304–1374), seit Jugendtagen ein glühender Verehrer Ciceros, hatte im Frühjahr 1345 in Verona lange verschollene Briefe seines Idols aufgefunden. Aus diesen trat ihm nicht der bewunderte Philosoph, der “otium cum dignitate” predigte, entgegen, sondern der Mensch, der in den Wirren seiner Zeit mit ihren ständig wechselnden Parteiungen selbst häufig wechselnde Positionen einnahm und statt nach Seelenruhe nach politischem Einfluss strebte. Tief enttäuscht schrieb Petrarca am 16. Juni 1345 an Cicero den folgenden Brief:

- 1 Franciscus Ciceroni suo salutem.
- 2 Epystolas tuas diu multumque perquisitas atque ubi minime rebar inventas, avidissime perlegi.
- 3 Audivi multa te dicentem, multa deplorantem, multa variantem, Marce Tulli, et qui iampridem
- 4 qualis preceptor aliis fuisses noveram, nunc tandem quis tu tibi esses agnovi. Unum hoc vicissim
- 5 a vera caritate profectum non iam consilium sed lamentum audi (...), quod unus posterorum, tui
- 6 nominis amantissimus, non sine lacrimis fundit. O inquiete semper atque anxie (...), quid tibi tot
- 7 contentionibus et prorsum nichil profuturis simultatibus voluisti? Ubi et etati et professioni et
- 8 fortune tue conveniens otium reliquisti? Qui te falsus glorie splendor senem adolescentium bellis
- 9 implicuit et (...) ad indignam philosopho mortem rapuit? (...) Doleo vicem tuam, amice, et erro-
- 10 rum pudet et miseret. Nimirum quid enim iuvat alios docere, quid ornatissimis verbis semper de
- 11 virtutibus loqui prodest, si te interim ipse non audias? Ah quanto satius fuerat philosopho preser-
- 12 tim in tranquillo rure senuisse, « de perpetua illa », ut ipse quodam scribis loco, « non de hac iam
- 13 exigua vita cogitantem » [Ad Att., X VIII 8)], nullos habuisse fasces, nullis triumphis inhiasse,
- 14 nullos inflasse tibi animum Catilinas. Sed hec quidem frustra.
- 15 Eternum vale, mi Cicero.

18 L Cincius Romanus: Brief an Francesco da Fiano

aus: Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz, hrsg. v. d. Königlich Bayerischen Akademie der Wissenschaften in München, 1. Bd.: Die Bistümer Konstanz und Chur, bearb. v. Paul Lehmann, München 1918.

Cincius berichtet begeistert über Handschriftenfunde in St. Gallen und beklagt zugleich den unsachgemässen Umgang der Mönche mit ihren Bücherschätzen.

1 Cum his proximis diebus ex composito fama bibliothecae allecti una cum Poggio atque Bartholo-
 2 maeo Montepulciano ad oppidum s. Galli devenissemus, bibliothecam ingressi Jasonis Argonauti-
 3 con a C. Valerio Flacco editum carminibus luculentis atque gravibus a maiestate metrica minime
 4 abhorrentibus invenimus, deinde argumenta quaedam soluta oratione confecta super aliquot Cice-
 5 ronis orationibus, ex quibus multi causarum ritus (...) aperte cognosci possunt. Repertus est etiam
 6 liber quidam volumine parvus, magnitudine autem eloquentiae prudentiaeque excellentissimus,
 7 Lactantius scilicet de utroque homine, ubi plane refellit sensa eorum, qui humanam conditionem
 8 belluarum statu humiliorem deiectoremque esse asseverant. Inter quos Vitruvius de architectura
 9 atque Priscianus grammaticus quaedam Virgilii carmina commentans inventi sunt. Erat praeterea
 10 in illa bibliotheca liber quidam ex corticibus arborum, qui cortices latino sermone libri vocantur,
 11 unde – quemadmodum apud Hieronymum est – libri suum nomen adepti sunt. Is quanquam non
 12 admodum bonarum scripturarum refertus plenusque esset, tamen propter illam sanctam incor-
 13 ruptamque vetustatem summa cum devotione complexus sum: Horum quidem omnium librorum
 14 exempla habemus; sed ubi turrim sacrae aedis s. Galli contiguam, in qua innumerabiles libri utpote
 15 captivi detinentur, diligentius vidimus, bibliothecamque illam pulvere, tineis, fuligine ceterisque re-
 16 bus ad oblitterationem librorum pertinentibus, obsoletam pollutamque vehementer collacrimavi-
 17 mus, per hunc modum putantes linguam Latinam maximum ornatum maximamque dignitatem per-
 18 didisse. Haec profecto bibliotheca si per se ipsa loqueretur, magna voce clamaret, ‘ne me, viri linguae
 19 Latinae amantissimi, sinite per huiusmodi negligentiam funditus deleri, eripite me ab hoc carcere,
 20 in cuius tenebris tantum librorum lumen apparere non potest.’ Erant in monasterio illo abbas mo-
 21 nachique ab omni litterarum cognitione alieni. O barbariem Latinae linguae inimicam! O perditis-
 22 simam hominum colluvionem!

19 Toolbox

Apps (iOS)

GEORGES	Ausführliches lateinisch-deutsches Wörterbuch
LOGEION	Metawörterbuch (Basic Latin Vocabulary, Lewis and Short, Du Cange, Dictionary of Medieval Latin from British Sources u.a.)
NAVIGIUM	Wörterbuch mit Formenerkennung
PONS Translator	Übersetzungen Deutsch-Latein / Latein-Deutsch

Online Wörterbücher

DU CANGE	Du Cange: <i>Glossarium mediae et infimae latinitatis</i> . (1883–87): http://ducange.enc.sorbonne.fr
GEORGES	Georges, Karl Ernst. <i>Ausführliches Lateinisch-Deutsches Handwörterbuch</i> , 1913: http://www.zeno.org/Georges-1913
LOGEION	http://logeion.uchicago.edu
NAVIGIUM	http://www.navigium.de/suchfunktion.html
ORBIS LATINUS	Lateinisch-Deutsches Wörterbuch für Ortsnamen (Graesse 1909): http://www.columbia.edu/acis/ets/Graesse/contents.html
RAMMINGER	Neulateinische Wortliste: http://www.neulatein.de
THESAURUS	(Thesaurus Linguae Latinae): Gesamter Wortschatz der lateinischen Sprache bis 300 n. Chr. vollständig, bis 600 unvollständig: https://www.thesaurus.badw.de/tll-digital/tll-open-access.html
WIKILING	Mittellateinische Wort- und Abkürzungsliste mit Suchfunktion: http://www.koeblergerhard.de/wikiling/?f=mlat

Einstiegsseiten zu Sammlungen von Wörterbüchern und Nachschlagewerken

CAMENA	Texte aus der fNz: http://mateo.uni-mannheim.de/camenahtdocs/camenaref.html In Camena Link zu einer Sammlung frühneuzeitlicher Wörterbücher und Nachschlagewerke: http://mateo.uni-mannheim.de/camenahtdocs/camenaref.html#g01
LEXILOGOS	Einstiegsseite für diverse v. a. moderne Wörterbücher, auch für MA und Renaissance: http://www.lexilogos.com/latin_dictionnaire.htm

Gedruckte Wörterbücher

KLASSISCH	
Georges (2013)	<i>Der neue Georges: ausführliches lateinisch-deutsches Handwörterbuch ...</i> , ausgearb. v. K.-E. Georges, hrsg. v. Th. Baier, bearb. v. T. Dänzer, 2 Bde. Darmstadt 2013.
OLD (2012)	Glare, P.G.W. <i>Oxford Latin Dictionary</i> . 2 Bde. Oxford 2012.
NACHKLASSISCH	
Blaise (1975)	Blaise, A. <i>Lexicon Latinitatis Medii Aevi</i> . Turnhout 1975.
Hoven (2006)	Hoven, R. <i>Lexique de la prose latine de la Renaissance / Dictionary of Renaissance Latin from prose sources</i> . Leiden 2006.
Niermeyer (2002)	Niermeyer, J.F. & Van de Kieft, C. <i>Mediae Latinitatis Lexicon Minus – Mittellateinisches Wörterbuch</i> . 2 Bde. Darmstadt 2002.

MLW	<i>Mittellateinisches Wörterbuch bis zum ausgehenden 13. Jahrhundert</i> . Bayerische Akademie der Wissenschaften/Deutsche Akademie der Wissenschaften. (Berlin &) München 1959ff.
ÜBERSICHT	Eine Übersicht weiterer mittellateinischer Wörterbücher vieler europäischer Länder findet man unter: https://mlw.badw.de/mlw-digital/mlw-open-access.html
CIVICIMA	Die Reihe <i>Etudes sur le vocabulaire intellectuel du moyen âge</i> . Turnhout 1988ff. (unterstützt vom Comité international du vocabulaire des institutions et de la communication intellectuelles au Moyen Age = CIVICIMA): eignet sich besonders für Spezialvokabular aus mittelalterlich-akademischem Kontext.

Grammatiken

Throm (1964)	Throm, H. <i>Lateinische Grammatik</i> . Düsseldorf 1964.
Rubenbauer (1995)	Rubenbauer, H. u.a. <i>Lateinische Grammatik</i> , 14. Aufl. Bamberg 1995.

Aussprache

Adams (2007)	Adams, J.N. <i>The Regional Diversification of Latin 200 BC – AD 600</i> . Cambridge 2007.
Allen (1965)	Allen, W.S. <i>Vox Latina. A Guide to the Pronunciation of Classical Latin</i> . Cambridge 1965.
Scherr (2014)	Scherr, V. <i>Handbuch der lateinischen Aussprache. Aufführungspraxis Vokalmusik. Klassisch – italienisch – deutsch – französisch</i> , 4. Aufl. Kassel 2014.

Einführungen ins mittelalterliche Latein

Kindermann (1998)	Kindermann, U. <i>Einführung in die lateinische Literatur des mittelalterlichen Europa</i> . Turnhout 1998; darin S. 39–54.
Mantello/Rigg (1996)	Mantello, F.A.C. & Rigg, A.G. <i>Medieval Latin: An Introduction and Bibliographical Guide</i> . Washington D.C. 1996; darin: Kap. CA–CH u. DA (S.71–156, mit weiterer Literatur).
Stotz (1996–2004)	Stotz, P. <i>Handbuch zur lateinischen Sprache des Mittelalters</i> (Handbuch der Altertumswissenschaft; 2. Abt., 5. Teil), 5 Bde. München: 1996–2004. Kurze Einführung unter: https://www.sglp.uzh.ch/de/aboutus/personen/stotz/sprache.html

Metrik

Boldrini (1999)	Boldrini, S. <i>Prosodie und Metrik der Römer</i> . Übersetzt von B. Häuptli. Stuttgart 1999.
Zgoll (2012)	Zgoll, Chr. <i>Römische Prosodie und Metrik</i> . Darmstadt 2012.

Stilistik und Rhetorik

Lausberg (2008)	Lausberg, H. <i>Handbuch der literarischen Rhetorik: eine Grundlegung der Literaturwissenschaft</i> , 4. Aufl. Stuttgart 2008.
SILVA RHETORICA	<i>Silva Rhetorica</i> (Gideon Burton): Stellt praktisch sämtliche antiken Termini zusammen. http://rhetoric.byu.edu/

Urkundenlehre und Chroniken

Guyotjeannin (1993)	Guyotjeannin, O. / Pycke J. / Tock B.-M., <i>Diplomatique médiévale</i> . Turnhout 1993.
Vogtherr (2017)	Vogtherr, Th. <i>Einführung in die Urkundenlehre</i> . Franz Steiner Verlag. Stuttgart 2017.
Wolf/Ott (2016)	Wolf, G. und Ott N.H., <i>Handbuch Chroniken des Mittelalters</i> . De Gruyter. Berlin 2016.